Konopki et aliorum Quietatio ad submissi

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Branscen. comparentes Nobiles Eva relicta et Simon olim Valentini Drzewiecki nomine suo et Nobilis Laurentii fratris ac sibi ... mere ex corporis essens. palam libere recognos. Quia Nobiles Paulum et Stanislai Drzewiecki Mathaeum Konopka Jaraszowski Christophorum olim Alberti Kobroska Thomam filium Nobilis Simonis Lopienski Christophorum Casimirum filios Nobilis Mathaei Konopka et alios omnes eorum vicinos de omnibus protestationibus vulnerum obductionibus iniuriis et processionibus ad hunc usq. actum habitis etiam non inscriptis nullis exceptis emittunt quietant et liberos faciunt perpetuum silentium sibi et suis successoribus ratione praemissorum imponendo. Insuper de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus submittunt et inscribunt nullam actionem ratione quarumlibet iniuriarum quovis modo sibi ...
ad quodcunq. iudicium et officium movere, imo quiete et modeste se erga ipsos et vicinos gerere et honeste vitam ducere nullamq. iniuriam amplius ipsis et vicinis suis inferre per se et per submissas personas nec diffidationes in discrimen vitae illorum et substantiae struere et non machinari. Sub poena centum marcarum pollonicalium. Et coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione et satisfactione. Omnibus controversiis exceptionibus allegationibus motionibus dilationibus quibuscunq. appellationibus ac earum quibusvis prosequutionibus aliisq. in universum iuris remediis se uti abscribens et abrenunciantes. Praeterea res quas ipsis in reconciliationem certi excessus praecipue bovem rubrum calvum non repetere ratione quorum pro ipsis Nobilis Albertus olim Matthiae Drzewiecki et Bartholomaeus olim Valentini Drzewiecki fideiubent et cavent et quod nullas actiones intentabunt se submittunt. Sub vadio centum marcarum pollonicalium. Et coram officio praesenti Castrensi Branscensi in primo citationis termino tanquam peremptorio peremptoria responsione et satisfactione. Omnibus controversiis exceptionibus allegationibus motionibus vera vel simplici infirmitatibus evasionibus dilationibus quibusvis ac earum prosequutionibus aliisq. in universum iuris remediis et defensis legalibusq. impedimentis etiam de iure et consuetudine fieri solitis se uti abscribendo et abrenunciando. Sub ammissione sua suorumq. successorum totius et integrae causae